



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

149. De reo lenocinij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut familia de adulterio distingatur.  
*Ex eodem.*

Interpret. I. 4.  
Cod. Theo-  
dos. cod. tit.

**C X L V I.** De adulterio uxorum manis  
per tormenta familiæ utriusque , id est , suæ &  
uxoris , quærere permittitur ; si tamen illo  
tempore quo admissum dicitur, hæc ipsa man-  
cipia præsentia aut in eadem domo fuisse pro-  
bantur. Similiter & si mortem sibi ab uxore  
adultera maritus paratam fuisse conqueritur.  
Similiter etiam familiæ utriusque pœna quæ-  
rendum est si maritus mortem uxori qualibet  
ratione paraverit.

Si ingenua servo proprio se miscuerit.  
*Ex eodem , cap. vi.*

Interpret. I.  
un. Cod.  
Theodos. De  
mulier. quæ se  
ter. pr. junx.

**C X L V I I.** Si qua ingenua mulier servo  
proprio se occulte miscuerit , capitaliter pu-  
niatur. Servus etiam qui in adulterio dominus  
convictus fuerit , ignibus exuratur. Servus  
etiam hoc crimen accusare licet ; & si proba-  
verint , libertatem consequantur ; & si non ,  
puniantur. Hereditas mulieris vel filii , si sunt  
ex maritis suscepti , vel propinquis ex lege ve-  
nientibus tribuatur.

Quando permittratur uxor occidi. *Pauli Sen-  
tentiarum libro i i. cap. xxvii.*

Paulus lib. 2.  
Sent. cit. 27.

**C X L V I I I.** Inventam in adulterio uxo-  
rem maritus ita demum occidere potest , si  
adulterium domi comprehendat.

De reo lenocinij. *Ex eodem.*

Paul. ibid;

**C X L I X.** Eum qui in adulterio deprehen-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 267  
sam uxorem non statim dimiserit, reum leno-  
cinijs postulare placuit.

De dilatione in causa adulterij. *Ex eodem.*

CL. In causa adulterij, si manifestum fue-  
rit, dilatio postulata impetrari non potest.  
[Apud Paulum: dilatio postulata impetrari  
non potest.]

De virginibus laicis. *Ex Concilio  
Hilberitano.*

CLI. Virgines quæ virginitatem suam  
non custodierint, si eosdem qui eas violave-  
rint maritos acceperint, eò quòd solas nup-  
tias violaverint, post pœnitentiam unius anni  
reconcilientur. Si alios cognoverint viros, eò  
quòd mœchatae sunt, quinquennio pœniteant,  
& sic ad communionem accedant.

De his qui fidem sponsaliorum frangunt.  
*Ex eodem.*

C L I I. Si qui parentes fidem fregerint  
sponsaliorum, triennij tempore abstineant. Si  
tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimi-  
ne fuerint deprehensi, excusati erunt pa-  
rentes.

De benedicenda sponsa. *Ex Concilio  
Carthaginensi.*

C L I I I. Sponsus & sponsa, cùm benedi-  
cendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel à  
paronymphis offerantur. Qui cùm benedictio-  
nem acceperint, eadem nocte pro reverentia

Concil. Elibe-  
rit. c. 14.

Rhab. epist.  
ad Heribald.  
c. 23.

Burchard. lib.

9. c. 14.

Concil. Elibe-  
rit. c. 54.

Concil. Car-  
thag. 4. c. 15.

Burchard. lib.  
9. c. 5.